



Per.
Lat
020

Prodit Budapestini, I. Verpeléti-út 22. decies in anno.
Pretium praesolvendi annum 4 pengő 80 fillér.

Megjelenik Budapesten, I. Verpeléti-út 22. tízszer egy
évben. Előfizetési ára évi 4 pengő 80 fillér.

Carolus Kisfaludy. (1788—1830.)

(*Commemoratio centenaria.*)

Centum iam anni delapsi sunt, ex quo poeta, saeculi sui celeberrimus: Carolus Kisfaludy, cum ingenti omnium Hungarorum dolore, multis¹ exhaustis¹ vitae¹ laboribus,¹ mortem obiit.

Permulta opera, quae nondum litteris² mandavit² spesque bona, fore, ut multis oblectamentis lectoressuos delectaret, una cum corpore eius sepulcro condita sunt; tamen varia operum genera, quibus extremam³ manum³ imponere³ sorte ei obtigit, nomen poetae maxime memorabile vitamque eius semperpiternam reddiderunt.

Carminum eius maxima pars, ex quibus Hungari eiusdem temporis amorem patriae, melioris spem temporis futuri consolationemque aerumnarum⁴ hauriebant, nunc quoque vigent, nunc quoque nos admiratione afficiunt. Ita etiam his temporibus elegiā eius lugemus fatalem



illam cladem, quam in campo apud Mohács non modo nos, Hungari, sed una nobiscum totus⁵ orbis⁵ Christianus⁵ accepit. Iocosis autem fabulis eius nunc quoque oblectamur et hilaritate⁶ afficimur.⁶

Maximi sunt pretii opera, quae Carolus Kisfaludy in usum theatrorum scripsit. Multae supersunt eius et tragoediae et comoediae. In tragoediis res gestas maiorum nostrorum, in comoediis autem quotidianam aetatis suae vitam ante oculos omnium posuit. Tragoedias praecipue amorem patriae populique confirmaturus scripsit, sed in nonnullis, praesertim, cui «*Princeps Stibor*» titulum inscripsit, etiam dolores plebis miserae, rusticorum ignobilium a nobilitate oppressorum, quamquam ipse

¹ küzdelmes élet után ² megír ³ befejez ⁴ gyötrődés ⁵ az egész keresztény világ ⁶ felvidul.



quoque loco nobili natus erat, magna cum misericordia depinxit. Quae omnia effecerunt, ut poeta quoque unus ex praecursoribus⁷ esset, qui viam munirent animosque ad futura tempora praepararent.

Omnia opera arte superant comoediae, quarum magna parte, praecipue, quae «*Petitores*» inscribitur, his quoque diebus maxime delectamur.

Antecellant, licet, comoediis poetae hae nostrorum temporum comoediae tricis⁸ suis implicatissimis⁹ tollantque¹⁰ maiorem duriores¹⁰ ioci¹⁰ cachinum¹¹ audientium, — veteres illae comoediae ipsa sermonis simplicitate, moribus puris sensibusque¹² honestis¹² plus valent. Praesertim autem laudanda est accurata Caroli Kisfaludy diligentia, quā temporis illius Hungarorum vitam descripsit.

Iure igitur poeta ubique in patria celebratur, utpote qui comoediae nostrae conditor sit et unusquisque Hungarorum maxima cum gratia vitae operumque eius reminiscitur.

(*Zalaegerszeg.*)


S.

⁷ előfutár ⁸ bohóságok, haszontalanságok ⁹ bonyolult ¹⁰ vaskos, durva tréfák ¹¹ nevetésre gerjeszt ¹² nemes érzés.



Eleusis

hodie tantum pagus est, sed quondam anti-quissima et rerum¹ gestarum¹ vestigiis¹ maxime nobilitata urbs Atticae erat. Incolae



Aediculae sacrarii Veneris.

libertate ac suis² legibus² utebantur² usque ad VII. a. Chr. saeculum, quo tempore Atheniensibus se iunxerunt. Hic natus est



Canephoros.

Aeschylus, anno 525. a. Chr., unus ex scriptoribus³ tragoediarum³ praestantissimis.

Summa gloria florebat urbs eo tempore, cum dea *Ceres* a mortalibus religiosissime colebatur.

Ceres Saturni et *Rheae* filia sororque *Iovis*, ut veteres tradunt, cum ad filiam, *Proserpinam* investigandam, quam *Pluto* abripuerat, totum orbem terrarum pererraret, desperansque⁴ de suis rebus⁴ Eleusinem veniret, a rege *Celeo*, regionis domino copiosissime⁵ accepta⁵ est. Hospitio eius utebatur *Ceres*, quoad Eleusinē morabatur. Ut autem beneficium regis cumulate⁶ remuneraretur,⁶ priusquam

¹ történeti szempontból ² önállóságot élveztek ³ szomorújátékíró ⁴ helyzete fölött kétség'eesik ⁵ nagyszerű fogadtatásban részesült ⁶ bőségesen viszonz.

inde abiit, filio Celei, *Triptolemo* dono dedit semen,⁷ insuper disciplinam⁸ quoque colendi⁸ agri⁸ eum docebat. Cuius rei memoria ne unquam oblivione⁹ exstingueretur,⁹ incolae Eleusinis bis in anno dies festos in honorem deae celebrabant, et quidem mense Martio et Septembri, quibus mensibus natura somno excitari¹⁰ atque mori videtur. Ita rem¹¹ animo¹¹ concipiebant¹¹ conditores¹² quoque antiquarum¹² fabularum,¹² cum Cere-rem iussu Iovis partem anni in terra, alteram autem sub terra degere tradunt.

Sacris deae adesse tantum «*initiatis*»¹³ erat concessum,¹⁴ qui die quinto celebrationum¹⁵ taedis ardentibus Athenis Eleusim sollemni pompa incedebant.

✱

Via, quae his¹⁶ temporibus¹⁶ Athenis Eleusim fert, eadem est, quae erat anti-quissima aetate. Reliquiae sepulcrorum, quibus via marginata¹⁷ erat, etiam nunc rarae¹⁸ cognoscuntur.¹⁹ Haud longe ab urbe Atheniensium *monasterium* invenimus, cuius in loco quondam sacrarium erat Apollinis. Templum monasterii (conditum a. 1100. post Chr.) anno 1893. reffectum²⁰ est; multis saeculis ante sepulcretum²¹ erat ducum Francorum de domo «*la Roche*».


Via a monasterio Eleusim versus profici-entibus paulum angustior²² fit,²² mox in



Area monasterii cum magistris intermedischolaris, qui aestate Graeciam studiorum causa perlustrabant.

saxis a dexterā vestigia antiquae viae conspicuntur, item aediculae²³ tabellarum stuarumque²⁴ votivarum²⁴ et inscriptiones,²⁵ quae omnia haud dubie partes erant sacrarii

Veneris. Hinc late²⁶ circumspiciendi²⁶ liber-tas²⁶ est in sinum Eleusinum insulamque Salaminem. Ad dexteram patet²⁷ campus Thriasius et pagus: Kalybia, mox ruinae cuiusdam pontis, temporibus Hadriani con-




Propylaea magna.

diti conspiciuntur. A confinio²⁸ pagi Eleusis incipit,²⁹ nostris *Lefsina* appellata.

Urbem ingredientibus a dextera *propylaea* in³⁰ conspectum³⁰ veniunt,³⁰ spectantia inter septentriones et orientem solem. Inde ad laevam *fontis* surgit, cuius mentio³¹ etiam hymno quodam Homérico continetur,³¹ mox *templum Cereri consecratum* et *pronaos*³² *Philonis*, cuius partem meridianam *murus Periclis* cingit. Supra templum sita est *arx*, notissima ex historia triginta tyrannorum (a. 403. ante Chr.).

In Museo vasa, statua *Cereris*, facies mar-morea cuiusdam *canephoris*³³ perpulchra et inscriptiones servantur.

7 vetőmag 8 a földmívelés tudományára 9 feledésbe megy 10 ébredezni 11 elképzeli a dolgot 12 a mythosköltők 13 a beavatottaknak 14 megenged 15 az ünnepek 16 manapság 17 szegélyez 18 imittamott 19 felismer 20 restaurál, megújít 21 temetkezőhely 22 megszűkül 23 mélyedések 24 fogadalmi táblák és szobrok 25 feliratok 26 messzire nyílik kilátás 27 terül el 28 határ 29 kezdődik 30 tűnik szembe 31 megemlít 32 előcsarnok 33 kosárvívő nő.



Non in lingua, sed in corde sapientia est. Utinam tam multi bene facerent, quam multi bene loquuntur! (Lactantius, lib. I.)

✱

Probatos¹ libros semper lege, et si quando ad alios divertere libuerit,² ad priores redi. (Seneca, Ep. 2, 4.)

1 elismert 2 kedved jön

Claudii.

Ad fabulam *Ernesti Eckstein* latine scripsit
Valentinus Fehér.

IV. In templo Iovis.

Unum integrum¹ diem Quintus in domo patris continuabat.² Pater eum verbis teneris³ cumulavit⁴ denuoque ei gratias egit, quod bonus atque oboediens filius esset.

Quintus noctem insomnis⁵ egit. Tandem aliquando dilucescebat. Servi intrant, ut ei vestem induant.

Sol tum ipsum oriebatur, cum pater et filius sollemni⁶ vestimento induti foras⁷ exierunt. Norbanus quoque et multi Claudiorum familiares⁸ advenerant. Maxima eo die res erat piaculare⁹ sacrificium et erroris Quinti confessio. Caesar respectu¹⁰ meritorum Claudii consenserat, ut Quintus ex illa confessione criminis absolveretur.

Pompa¹¹ sollemnis lente per latos templi Iovis Capitolini gradus ascendit. Cum curio¹² signo dato monuisset omnes, ut linguis¹³ faverent,¹³ vastum¹⁴ in aede fit silentium. Duo hieroduli,¹⁵ victimam producunt exornatam, tertius vinum, aquam¹⁶ a fonte,¹⁶ tus, molam¹⁷ salsam¹⁷ commiscet.

Pontifex ad aram astitit; facies eius exsanguis¹⁸ erat. Manibus sublati voce gravi haec dicere coepit:

— Iuppiter optime, potentissime! conserva patriam, quam grandem fecisti.

Quintus et homines verba iterant.¹⁹

— Contunde fulminibus hostes populi Romani — precatur T. Claudius.

Chorus verba eius subsequitur.²⁰

— Ante omnia dele parricidas²¹ illos improbos, qui in animum²² induxerunt²² evertere rem publicam et humanam societatem. Dele vermiculos²³ Nasarenorum occulte latentis.

— Non, minime²⁴ gentium!²⁴—clamat Quintus desperans. — Frangite me minutim,²⁵ at ne cogatis me ad mendacium tam improbum.

T. Claudius labefactatus²⁶ dextra trementi aram apprehendit.

— Mi fili, mi fili, quid fecisti?

— Quod me facere oportuit. Retrahit me in carcerem, occidite me, Nasarenus sum.

Tumultus oritur incredibilis; plebs frenit,²⁷ pontifex mentis fere expers ad umeros hieroduli annititur. Vulgus ululans et minax in virum sacrilegum, parricidam, hostem populi manifestum invehitur.

— Recedite! — clamat repente pontifex. — Quid vultis? quem timetis? Lex rigida²⁸ est. Centuriones, facite vestrum officium: auferte Nasarenum in carcerem.

Norbanus cum militibus demisso capite maestus aedem relinquit. Quintus inter eos incedens ad limen reflexo capite flebilissima voce dicit:

— Vale, mi pater.

— Quintus nullum iam patrem habet — respondet pontifex.

Et precibus de integro²⁹ iteratis²⁹ sacra consummat.

1 teljes 2 tölt 3 gyengéd 4 elhalmoz 5 álmatlanul 6 ünnepeles 7 ki 8 ismerős 9 engesztelő 10 tekin-
tettel 11 menet 12 hírnök 13 esendben van 14 halá-
los 15 templomszolga 16 forrásvíz 17 áldozati dara
18 halotthalyány 19 ismétél 20 u'ána mond 21 haza-
áruló 22 szándékuk 23 féreg 24 ezerszer nem 25 dara-
bokra 26 meginogva 27 züg 28 szigorú 29 újra kezd.

EXEMPLA CLARORUM VIRORUM

Aliquando cum quidam maledicos sermo- nes conferrent, *Xenocrates* summo silentio aderat. Uno ex his interrogante, cur solus linguam cohiberet, respondit: «Quia ali- quando me locutum esse paenituit, tacuisse nunquam.» *(Valerius.)*

Q. Caecilius Metellus Macedonicus, cum a quodam amico interrogatus esset, quid esset acturus: «Tunicam — inquit — meam ex- urerem, si consilium meum scire existi- marem.» *(Aurelius Victor.)*

Agesilaus, rex Lacedaemoniorum, cum pueris ludere non erubescerat. Aliquando arundini insidens equitabat cum filio parvulo; cum quidam rideret: «Nunc — inquit — tace; cum tu quoque pater factus eris, tum patribus da consilium.» *(Seneca.)*

Tiberius convicia¹ malosque² rumores³ ac famosa³ de se carmina patiens dicebat: «Libera in civitate linguam mentemque liberis esse oportet.» Cum vero senatus cognitionem⁴ de huiusmodi criminibus flagitaret: «Non tan- tum — inquit — otii habemus, ut nos plu- ribus negotiis implicare debeamus. Si quis aliter locutus erit, dabo operam, ut rationem factorum dictorumque meorum reddam.» *(Suetonius.)*

1 gáncsolás 2 hazug hír 3 gyalázó 4 bűnvádi el-
járás.



LECTARIUS MINIMIS.

Canis, feles,¹ mus.

Fuit tempus, cum magna esset inter canem et felem amicitia. Sed hoc antiquissimo tempore fuit.

Cum Deus mundum creavisset, feles pruno,² canis fungo,³ vescebatur. Sed postea feles satietatem⁴ pruni cepit.⁴ Adit canem.

— Frater — inquit, — ego magnam cepi pruni satietatem; te quoque, credo, fungi taedet.⁵ Vin commutemus?⁶

— Nihil impedio⁷ — ait canis. — Nam, ut aperte⁸ loquar, me quoque iam fungi taedet. Optime, commutemus. Sed si quando prunum ederis, te occidam.

Re vera⁹ feles ex illo tempore prunum non edit. Itidem¹⁰ ne canis quidem fungo¹¹ vescitur. Neque ob hanc causam unquam inter se corrixati essent.¹¹ Sed aliquando canis domum vendidit et de venditione¹² litteras¹³ accepit.¹⁴ Quia non habet, ubi eas poneret, currit ad plurima animalia, singula rogat, ut litteras alicubi¹⁵ reponant, ne amittantur.¹⁶ Tamen nullum animal litteras accepit.¹⁷ Tum canis adit cattum.¹⁸

— Frater catte — inquit, — accipe has litteras et asserva,¹⁹ dum habebo domicilium.²⁰

— Libenti animo²¹ — ait cattus.

Accipit litteras et tigno²² imponit.

Tempus labeatur.²³ Cani opus sunt²⁴ litterae. Currit ad cattum.

— Trade mihi litteras, frater catte, iam habeo domicilium.

Cattus cursu²⁵ tignum ascendit²⁵, promit²⁶ litteras, decurrit, tradit cani. Canis aspicit litteras intus²⁷ foris,²⁷ sed nulla verba legere potest, quamquam scholas frequentaverat.²⁸ Mus enim chartam corroserat.²⁹

Canis stomachans³⁰ alapat³¹ cattum et minatur:

— Vae tibi, catte, quia meas litteras non custodivisti! Dum vivam, semper te persequar,³² nunquam tecum pacem³³ colam.³³

Sed cattus ad murem currit, eum comprehendit, alapat, minatur:

— Vae tibi, mus, quia litteras corrosisti! Semper te³⁴ lacessem.³⁴ Ubi te videro, capiam, comedam.

Et statim murem comedit.

Ex illo tempore canis felem, feles murem persequitur.

Valentinus Fehér.

¹ macska ² szilva ³ gomba ⁴ megun ⁵ megun
⁶ cseréljünk ⁷ Nem bánom ⁸ őszintén ⁹ valóban
¹⁰ Hasonlóképen ¹¹ veszekedik ¹² eladás ¹³ írás
¹⁴ kap ¹⁵ valahol ¹⁶ elvész ¹⁷ elfogad ¹⁸ kandur
¹⁹ megőriz ²⁰ lakás ²¹ szívesen ²² gerenda ²³ telik-
múlik ²⁴ szüksége van ²⁵ felszalad ²⁶ elővesz ²⁷ ki-
vül-belül ²⁸ jár ²⁹ összerág ³⁰ mérgező ³¹ pofon-
nyal ³² üldöz ³³ hékéthagy ³⁴ nincs nyugtot fölem.

Epigramma de Kunone e comitibus Klebelsberg occasione sollemnitatum in urbe Sz. ged.

Aedes vota Deo et veterum monumenta priorum
Praedicant laudem magnam in urbe tuam.
Tot vero milia Hungariae bene structa scholarum
Laudibus aeternis nomen ad astra ferunt. (M)

Caroli Kisfaludy: «Szülőföldem szép határa».

Latine reddidit Eugenius Márkus.

Patriae natale solum et confinia pulchra
O quando veniet tempus, cum conspiciam vos?
Consistens ubicunque, viam carpens ubicunque
Qua pateas tellus, oculi speculantur in orbem.

Pennigeras rogito glomerantes in aethere puro:
Sisne vigore bono dulcissima terra paterna?
Hoc rogito a nebulis habitantibus aetheris oras,
Hoc scitor Zephyros placidos et lene sonantes.

Sed haec non possunt animi compescere luctus,
Cor meum afflictum pressumque moerore relinquunt.


Perpetuo luctu perago nunc tempora vitae,
Gramineae herbae similis in rupe virenti.

Parva domus, ubi sum caris parentibus ortus,
Imperio numinum a te sum heu! — valde remotus.
Longius, quam folium decadens de vertice rami,
Quod tremefecit et corripuit turbo violentus!

Elogium in sepulcro Caroli Kisfaludy incisum.

(Hungarice scripsit Mich. Vörösmarty. Latine reddidit E. Márkus.)

Kisfaludym sub hoc tumulo requirere noli,
Post spatium vitae mortuum esse nega!
Hic tantum cineres lapsos posuere sodales, —
Ingenium vivet semper in operibus.



Ernestus Fináczy dr. pro gratulatione *Iuventutis*, quam in numero secundo communicaveramus, hisce litteris pulcherrimis ad auctorem missis gratias egit:

«Amice carissime! Magna animi laetitia legi hesterno die tractatum tuum, quem in *Ephemeridibus* iuventuti destinatis edideras. Gratias tibi maximas ago pro tua in me singulari humanitate, quā res longo vitae meae cursu gestas perquam exiguas laudibus extulisti et mentionem honorificentissimam fecisti operae, quam in re litteraria et in quibusdam opusculis ad historiam educationis spectantibus posueram. Omnia, quae exegi, non mihi, sed parentibus magistrisque meis, super omnia autem Deo Omnipotenti debeo.

Iuventutem Hungaricam, decus et spem patriae nostrae, ex imo pectore salutat et *Ephemeridibus*, quae *Juventus* inscribuntur, optimum successum eventumque precatur tuus amicus obsequentissimus Ernestus Fináczy».

Sub finem mensis Octobris sollemnia magna in urbe *Szeged*, in capite¹ et arce¹ campi magni Hungariae facta sunt, quorum partes summam² erant:

1. Gubernator summæ dignitatis regni Hungarici, *Nicolaus Horthy de Nagybánya* legionem nonam, de *Ioanne Hunyadi* nominatam sicut propriam³ sibi³ traditam³ suscepit⁴ suamque declaravit. Qua occasione oratione sollemni milites legionis cohortatus est, ut vexillum, quod erat idem exercitus primum renascentis Hungariae, summis viribus in omnibus rerum discriminibus cum gloria tuerentur.

2. Administer⁵ rerum ecclesiasticarum ac scholasticarum:⁵ *Kuno e comitibus Klebelsberg* ultimum lapidem aedificio universitatis imposuit et scholam quinquies millesi-

mam a se institutam inaugurando⁶ symbolice cunctas scholas dedicavit.

3. *Templum votivum*⁷ in memoriam urbis inundatione⁸ fluminis *Tibisci*⁹ anno 1879. perfusae¹⁰ positum sollemni pompa consecratum est.

4. *Monumentum* in memoriam nationis post bellum omnium gentium renascentis, muro turris vetustae, (originem accepit turris temporibus *Belae IV.*) temporum¹¹ iniqui-



tate¹¹ iam mutilae¹² impositum, revelatum¹³ est.

5. Item *porticus*,¹⁴ «*Pantheon*» dicta destinataque, ut corpora emortuorum, de patria optime meritorum contineret,¹⁵ ne eorum memoria diuturnitatis umquam vetustate tolleretur, consecrata est.


Ad sollemnitates undique ex patria magna multitudo convenerunt.

1 főváros 2 fővónásaiban 3 tulajdonául felajánlott 4 átvesz 5 vallás- és közoktatásügyi miniszter 6 felavat 7 fogadalmi 8 áradás 9 Tisza 10 elöntött 11 az idők mostohasága miatt 12 csonka 13 leleplez 14 csarnok 15 őriz.



Christiana Civitas Non. Nov. diem festum in honorem Sancti Emerici celebrabat.

Princeps primas regni Hungarici: *Iustinianus Serédi* re divina in sacello gymnasii Scholarum Piarum Budapestinensis perpe-



trata statuam novam Sancti Emerici ab Alexandro e comitibus Festetich iuventuti scholae donatam inauguravit bonisque omnibus prosecutus est.

Memoria Sancti Emerici grata orationibus sollemnibus rite renovata est apud statuam Sancti Emerici (cuius imaginem adiungimus) in foro de Nicolao Horthy nominato positam, ubi magna multitudo iuventutis studiosae ducibus magistris convenerunt.

Eodem die ubique in patria sollemnia magnifica instituebantur.

Michael Szaboleska poeta Hungarus, nostris temporibus unus ex clarissimis in urbe Temesvár, quo paucis hebdomadibus ante ad visendos familiares suos Budapestino profectus erat, pridie Cal. Nov. naturae concessit. Corpus eius mortuum ex urbe ad¹⁶ tempus¹⁶ a peregrinis obsessa¹⁷ in patriam, Budapestinum reportatum prid. Non. Nov. in coemeterio urbis centrali in sepulcro conditum est. Mors poetae omnes Hungaros luctu affectit acerbissimo. Memoria eius grata nunquam ex animo nostro discedet.

Poeta anno 1862. in oppidulo Ókéske (in comitatu Pestino) natus est. Anno 1899. sodalis societatis litterarum elegantiorum Kisfaludyanae, post novem annos autem Academiae litterarum Hungariae electus est. Primum opus, fasciculum novellarum, cui titulum: «*Ludi*»¹⁸ inscripsit, anno 1890. edi-

dit, anno autem post anthologiam *Carminum*. Cetera eius opera sunt: *Affectiones*,¹⁹ *Carmina recentiora*, *Otium*²⁰ et praeter haec multa alia religiosa familiariaque carmina.

Societas litterarum elegantiorum Kisfaludyana²¹ a. d. VII. Cal. Nov. celebravit viri doctissimi, «magistri magistrorum» praestantissimi, *Zoltani Beöthy*, praesidis²² sui, qui²³ fuerat²³ olim²³ maximae auctoritatis, memoriam. Hoc die enim monumentum publico²⁴ sumptu²⁴ et operā²⁵ nonnullorum institutorum²⁶ in sepulcro viri praeclarissimi in coemeterio²⁷ centrali²⁷ Budapestinensi a societate positum revelatum est. Orationem sollemnem *Albertus Berzeviczy*, praeses societatis habuit, propraeses²⁸ autem societatis: *Andor Kozma* poema suum recitavit.

Nielsson, unus aëronautarum intrepidissimus, cum nuper Holmiae aëroplano subvolaret, ex altitudine 150 metrorum una cum comite decidit et mortuus est.

Vir, quem omnis Suecia luget, unus ex iis erat, qui salutem suam in discrimen²⁹ obtulerunt,²⁹ ut aëronautam Italum: Nobile eiusque socios ex periculo, in quod inciderant, servarent. Quam ob rem mors eius acerba eo vehementius deflenda est.

Vectores navis «Daniae», cum in Bosphoro iter facerent, — ut ex Valachia nuntiat — rem³⁰ obiectam,³⁰ visu mirabilem³⁰ conspexerunt. Nam haud longe ab iis nubes apparuit, quae descendens in mare, repente in³¹ formam turbinis redacta³¹ et ex aequore elata³² cum ingenti celeritate processit momentoque temporis evanuit. Navis sine ulla calamitate iter continuabat. —y.

In actis³³ diurnis³³ Germanicis, quae «*Vossische Zeitung*» inscribuntur, inter alia haec scripta legimus: «Mussolinio Romae inauguranti³⁴ *Institutum*, quod dicunt *Polygraphicum*, praeses Instituti codicis Vergiliani quinto a. Chr. n. saeculo scripti imaginem³⁵ mirifico³⁵ expressam³⁵ artificio³⁵ atque effictam³⁵ cum traderet, summus ille praepositus

¹⁶ egyelőre ¹⁷ megszállva tart ¹⁸ időtöltésül
¹⁹ Hangulatok ²⁰ Szabad órák ²¹ KisfaludyTársaság
²² elnök ²³ egykori ²⁴ közköltészen ²⁵ támogatásával
²⁶ intézmény ²⁷ központi temető ²⁸ másod-elnök
²⁹ kockáztat ³⁰ csodálatos tünemény ³¹ tölcser formájában
³² kiemelkedik ³³ újság ³⁴ felavat
³⁵ művészies kiállítású másolat.

rebus publicis per Italiam administrandis fieri posse dixit, ut parietinis³⁶ Herculane-sibus effossis etiam aliorum scriptorum Romanorum clarissimorum codices reperirentur addiditque Vergilii opera imperii Italici, immo vero totius terrarum orbis esse propria et prae³⁷ se³⁷ ferre³⁷ cultum atque humanitatem orbis terrarum a Romanis esse conformata³⁸ et constituta,³⁸ hominibusque, qui tum erant, Romam mediam³⁹ humani generis sedem³⁹ esse visam». *Carolus Ács.*

³⁶ romok ³⁷ nyiltan hirdet ³⁸ megszervez ³⁹ központ.



Iocosa.

Ius.¹

Tribunus² militum² ad gregarios³ cenantes: «Pueri, gustavi vestrum ius, quod et sapore, et odore iucundissimum mihi videtur. Mehercules, ne nobis quidem, praefectis⁴ tam iucundum ius ad mensam apponitur!»

Gregarii in cachinnos⁵ effunduntur. «Quid ridetis, pueri?» interrogat eos tribunus. «Domine, respondet unus, coquus noster hoc ius *potum*⁶ *coffae*⁶ esse dixit!

Dimidium poenae...

Rex benignissimus praefecto⁷ carceris⁷ comitante captivos visitat, quorum unumquemque interrogat, quot annorum poenam⁸ habeat⁸ solvendam⁸ et misericordia captus alium post alium dimidio poenae liberat.

Unus ex captivis vinculorum⁹ sempiternorum⁹ erat condemnatus,⁹ quod cum rex audisset, paulum haesitabat anxius, quid responderet, demum huic quoque captivo dimidium poenae remisit.


Re optime confecta rex abiit, captivi autem laetitia¹⁰ exsultabant.¹⁰ Praefectus carceris sollicitus quonam modo regiae gratiae erga ultimum captivum satisfaceret, consilium petivit a iudicibus, qui re¹¹ diligenter¹¹ considerata¹¹ subtiliterque¹² disputata¹² quid esset

faciendum, ipsi quoque nescire se confessi sunt. Et iam tristes discedebant, cum ianitor senex audita eorum disputatione rem¹³ hoc modo solvit:¹³

«*Dimittatur, domini, captivus altero die, altero autem claudatur!*»

Felicianus Gondán dr.

¹ leves ² ezredes ³ közkatoná ⁴ tiszt ⁵ kacsaj
⁶ kávé ⁷ börtönfelügyelő ⁸ büntetését kitölti ⁹ életfogytiglan tartó börtönbüntetésre ítélt ¹⁰ örömeben ujjong ¹¹ jól meghányván-vetvén a dolgot ¹² alaposan megvitat ¹³ az ügyet elintézi.



I.

Hae syllabae singulis litteris antepositis ita digerantur, ut primis litteris nomen imperatoris Romani efficiatur: -arcer, -tium, -ruor, -orona, -mericus, -ctus, -xor, -apiens, -onae, -xercitus, -ota, -ita, -mor. *Helena Bánhegyi.*

II.

1, 13, 12, 17, 5 = mater Aeneae.
3, 4, 16, 8 = cuius summa brevis est.
6, 7, 11, 10, 9, 15 = fumo est proxima.
2, 14, 12, 4, 5 = ferrum durum probat.
6, 17, 18 = furem agnoscit.

1—18 = Sententia Martialis poetae.

Judittha Kosáry.

III.

cer [r (amicus certus) e] ta.

IV.

dies dies dies dies dies
linea linea linea linea linea

V.

Vita — Mors

Franciscus Szabó.

Moderator ephemeridis: EUGENIUS FRAY DR.

Budapest, I., Verpeléti-út 22.,

ad quem epistulae et manuscripta mittantur.

Administratio ibidem.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedicholarium Catholicorum. — A Katholikus

Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)